leg. Pract. & Promtuar. Mat. Med. nec deſunt alii, c
egregiam lactis aſinini virtutem notarunt.

Serum lactis caprilli ſimplex & antiſcorbuticun
Baglivio merito laudatum, dum acrimoniam ſalii
perbene temperat & blandam diureſin promovet,
bras nimium tenſas ſimul relaxando.

De aqua ſpiritu ſulphuris inprægnata ſcribit Gren
ſius, quod illa mediante Cantor Friburgenſis tym
nite laborans, purgantibus aliisque fruſtra fatigat
integre ſanatus ſit; quæ quidem meo judicio in on
caſu haud convenire videtur.

(δ) Martialia subtiliora in progre
morbi, partim ad conſervandum tonum viſceru
partim ad deſtruendam ſuccorum auſteritatem, c
fibræ criſpantur; præ aliis autem laudem meren
antimonium martiale cachecticum Ludovici & cro
martis antimoniatus ſeu aperitivus Stahlii, nec r
flores martis probe edulcorati, qualia ſemper cum c
nabari & arcano duplicato combinanda. Ita etiam
num martiale Poterii ſingulis auroris per multos c

h

uriri poterit, nisi febris istius usum suspectum reddat,
l Tinctura martis Lemery cum sero lactis caprilli su-
rius laudato mane ac pomeridie esset capienda.

TH. XVI.

Pro externo usu ad emolliendas fibras rigidas ac
nium tensas proficua sunt
(a) UNGVENTA, pro quibus conficiendis inser-
unt pinguedo humana, canina, vulpina, muris mon-
ni, (de qua Lancisius Oper. Vol. I. p. 107. scribit ac
pertus testatur, quod multum valeat ad solvendum
idquid extremis tubulis ac villorum poris hæret
pactum, & ad emolliendas musculares fibras) olea
rbasci, chamomillæ, lumbricorum terrestium, scor-
onum conficienda, quibus totum abdomen bis in
e calide perungendum.
(b) EMPLASTRVM DE PINGVEDINIBVS, quod
xta Dn. Schamsky assertum atque testimonium mi-
operatur, si alutæ superextensum universo abdomi-
imponitur ac indies renovatur, cujus descriptio-
m laudatus Autor in Promt. Parv. exhibuit.
(c) Sacculi, Cataplasmata & Balnea tandem ex plantis
nollientibus ac nervinis inter externa magnam me-
ntur laudem, quæ fibras egregie emolliunt & illa-
m crispaturam relaxant.

TH. XVII.

In diurecticorum usu potissimam medelæ ratio-
m esse locatam, judicat D. Schamsky. Quamvis nunc
. 12. dixerim, urinæ fluxum esse promovendum, pace
nen doctissimi Viri existimo, primarium curationis
cum nervinis & antispasmodicis una cum humectan-
bus ac emollientibus remediis esse tribuendum, secun-

 dario

dario autem diuretica in auxilium vocari posse atque debere, prout utile aut necessarium videtur, sicut reliquis quoque obviam ire decet symtomatibus, quæ molestiam creant. Quamprimum enim spasmodicam membranacearum fibrarum extensionem & crispaturam vincere aut mitigare licet, urina procul dubio liberius profluet, cujus secretio ac excretio ob distensionem erat impedita, si vero in secernenda ac reddenda urina quidam adhuc observaretur defectus, utrumque promoveri poterit; hinc diuretica non statim in principio curationis, sed præmissis antispasmodicis, humectantibus & emollientibus in auxilium erunt advocanda, ut serum ad renes derivetur & metuenda vasorum lymphaticorum ruptura ac hinc ascites avertatur. Ad urinæ igitur secretionem ac excretionem promovendaam in præsenti casu conveniunt

Radix parreiræ bravæ pulverisata ad dr. j. cum tartaro nitrato ter in die exhibita; vel *Decoctum* hujus radicis cum aqua & dicto sale paratum ac ter vel quater in die ad quatuor uncias calide haustum, quod utrumque laudatur in Append. Centur. III. & IV. Ephemerid. German. ubi dicitur, tympanitem his duobus remediis pulvere videlicet ac decocto parreiræ, aliquoties adhibitis esse profligatum. *Pulvis resolvens ac diureticus Nenteri. Pulvis specificus Michaëlis. Pulvis expertus Hertodi. Spiritus salis marini* mediante sale absinthii coagulatus. *Tartarus solubilis*, cum decocto parietariæ vel oleo nucleor. persicor. *Fuligo splendens* ad dr. j. bis in die cum infuso theiformi inferius delineando. *Tinctura tartarr Helvetii* in Tract. de Morb. præcip. descripta, quæ ad cochl. j. ij. iij. cum decocto radicis plantaginis mane haurienda. *Essentia tartari solubilis* bis in die ad dr.

cu

cum aqua diuretica terebinthinata. *Liquor terræ folia-tæ tartari* a dr. ß. ad j. cum infuso theiformi aut alio vehiculo. *Spiritus tartari* volatilis vel compositus cum spiritu lumbric. ferr. rectif. mixtus a gt. 40. ad 60. cum aqua lumbricor. terr. comp. *Emulsio diuretica* ex semin. violar. purpur. cum aqua ononidis paranda, cui colatæ addatur terebinthina Ven. vitello ovi soluta & sufficiens quantitas syrup. dialth. *Infusum lapidum cancrorum* cum vino rhenano factum ad unc. iij. bis in die capiendum. *Infusum millepedum Willisii. Infusum theiforme* ex herbis linariæ, fragariæ & parietariæ cum tantillo seminis foeniculi calide sorbillandum. *Serum lactis caprilli* cum succo citri paratum, quod per se solum aut cum tartaro solubili vel aliis supra nominatis ad ℔ß. vel j. mane & pomeridie hauriendum.

Sed in recensendis diureticis nimium fere prolixus fui & scopum brevitatis transgressus sum, cum vero omnia non omnibus desideratum præbent effectum, varia proponere volui, ut pro diversitate circumstantiarum selectus fieri queat. Quando nunc præmissis superius dictis antispasmodicis ac emollientibus urina in debita quantitate non redditur, accessus ad diuretica fieri poterit, ita tamen ut antispasmodica, humectantia & emollientia nunquam negligantur, nec solis diureticis inhæreatur, considerandа quoque simul est urinæ qualitas, & quo magis ista lixiviosa adparet, eo magis abstinendum erit a calidioribus.

TH. XIIX.

FEBRI SYMTOMATICÆ LENTÆ, quæ quidem in morbi principio rarissime observatur, in progressu autem facile ac plerumque accedit, mature sem-

per eſt reſiſtendum, ut quantum poſſibile avertatu
Hinc pulveres diaphoretico-antiſpasmodici ex ſimp
bus Th. 15. lit. α. enumeratis concinnati mox in pri
cipio miſceri poſſunt cum nitroſis & diluentia in eade
theſi lit. γ. laudata frequenter in uſum trahenda. Qu
ſi vero nihilominus febris iſta ageret radices & ſucce
ſive majus ſumeret incrementum, primario ad iſta
compeſcendam curatio erit dirigenda, ita ut ſalia ta
media quam fixa, aut ex utrisque combinata, qua
ſunt *Sal antifebrile Sleppecrelli* & ſimilia cum diaph
reticis aut pro neceſſitate cum *Cortice Peruviano* mi
indies bis vel ter exhibeantur, donec febris miteſcit
evaneſcit. Nihil enim verendum eſt mali ex uſu di
corticis in febre lenta ſeu hectica, ſi modo genuinus e
gitur ac debita methodo adhibetur, quod bene nota
celeberrimus Dn. Brunnerus in libro de Glandulis du
deni ſeu de Pancreate ſecundario. Hinc etiam *Eſſen*
corticis Peruv. absque menſtruo ſpirituoſo parata co
venientiſſimum eſt remedium ad infringendas feb
lentas. Ad compeſcendam febrilem effervescentiam
omnibus febribus a *Dolæo* laudatur *Sal ex combinati*
ſpiritus ſalis ammoniaci & ſpiritus ſalis impetratu
quod cum cinnabari antimonii mixtum vocatur ar
num, quo febres facile propelluntur. Ad febrilem c
lorem in hectica temperandum ac infringendum ta
quam experta remedia etiam laudantur *Balſamus v*
nerarius Dippelii per Syrupum rubi idæi, bellidis, p
paveris erratici temperatus & ſæpe in die cochl
tim exhibitus; *Gelatina ex ebore & cornu cervi* pa
ta ac ſucco citri parum acidulata, per vices cochleat
interpoſita; Inſtar omnium vero eſſe poterit *Lac aſi*
num, cujus jam ſupra facta eſt mentio, quo aliquoties c

ſpe

peratos fere hecticos ex mortis faucibus ereptos esse, estatur D.Præses, adhibito simul pulvere ex magisterio ntihecticiPot., margaritis & arcano duplicato; *Serum actis caprilli*, in istius defectu, haud contemnendam feet opem, sed tantum non efficit, quantum a lacte asiioexpectari potest.

TH. XIX.

Reliqua symtomata, quæ tympaniti accedere solent, & quibus quandoque peculiariter est subvenienum, sunt tussis sicca, sitis, respiratio difficilis, alvi obructio vel segnities, flatus, dolores tensivi abdominis c lumborum, pervigilium, urinæ deficiens excretio, uibus nunc peculiares tribuere theses, ac in istis quæam remedia, dictis symtomatibus peculiariter dicata, xhibere suscipiam.

TH. XX.

TVSSIS SICCA, quæ sæpius præsertim versus noctem agnopere vexat atque fatigat ægrotum, optime comescitur per opiata, antispasmodicis admiscenda ac veertino tempore exhibenda, de quibus Zwingerus reissime scribit, quod in tympanite non sint formidanda, cet eadem in hydrope proprie dicto nullum reperiant cum, sed communiter ad citiorem interitum præbet occasionem, causa enim tympanitis plane diversa t a causa hydropis, ibi mere spastica, quæ opiatis be mitigatur, hic plane humoralis, ubi humores jam m ad debitum motum sunt inepti, ac opiatorum usu eptiores redduntur, interim tamen eadem in tympate circumspecte usurpari & in exigua dosi cum aliis rmisceri ac propinari debent. Quando igitur tussis rsus noctem nimium urget noctesque insomnes red-

dit, vespertino tempore tuto ac utiliter exhibetur *m*
cilago seminis cydoniorum cum syrupo de siliquis & t
tillo laudani liquidi, vel decoctum siliquarum dulcium c
laudano liquido cochleatim sumtum. Ita quoque ve
mentissimam tussim nocturnam mitigant atque sed
Pilulæ de styrace, ut & *Pilulæ de cynoglossa* quæ cum ca
reo ac cinnabari antimoii utilissime permiscentur.

TH. XXI.

Sitis quandoque magnopere urget, præser
in morbi progressu, ita ut fere intolerabilis evadat
igitur ista sedetur, sciendum primo, cerevisiam co
se haustam nullum invenire locum, nec illam mitig
sitim, sed potius, quo plus istius bibatur, eo plus des
rari; illa enim sal lixivosum atq; acre, quo sitis excita
non satis valet diluere aut enervare, ipsa enim facil
crimoniam concipit, aut salivam viscidiorem rec
unde sitis augetur. Sedanda igitur est partim pe
lentia sitim, partim per destruentia viscositatem sa
& acrimoniam lixiviosam, partim per active hu
ctantia nullam tamen noxam inducentia.

Fallunt sitim *Radix liquiritiæ* frequenter mastic
cujus succus deglutiri, reliquum vero iterum ex
potest; *passulæ minores* lotæ ac in aqua tepida tum
ctæ atque hinc sæpius masticatæ; *nitrum*, cujus ex
frustula frequenter in ore volutentur ad solutionem
sitis multum temperatur. Viscositatem salivæ &
moniam lixiviosam destruunt *nitrum* prædicto n
in ore volutatum vel ad scrup. j. bis in die cum
ordinario intus sumtum; *spiritus salis dulcis* bis
ter in die ad guttas 20. vel 30. cum sero lactis hau
Active humectant, nullamque facile noxam i

nt, sed potius lixiviosa salia efficaciter dissolvunt at-
ue enervant & seri defectum restituunt diluentia, Th.
. Lit. γ. producta, inter illa autem praecipue *serum*
ctis caprilli per se aut cum succo acetosae mixtum, vel
c asininum, si haberi potest, tanquam potus maxime
edicamentosus ac utilissimus.

TH. XXII.

Respiratio difficilis interdum adeo increscit,
inde magna anxietas & inquietudo emergat, imo
uandoque fere suffocatio immineat, hinc inter symto-
ata, quae peculiarem medelam exposcunt, merito col-
catur. Fatendum quidem est, hancce respirationis
fficultatem, sicut morbo ingravescente exoritur, ac
tabiliter increscit, sublatu esse difficillimam imo pla-
impossibilem, dum enim ab aucta abdominis exten-
ne dependet, facile licet concludere, illam tolli non
sse, nisi imminuatur extensio, interim tamen melius
in necessitatis casu aliqualem ferre opem, quam ae-
otum in hisce angustiis relinquere, hinc decet Medi-
m succurrere medicamentis levamen adferentibus,
et illud sit exiguae ac brevioris durationis. Huic au-
n intentioni inservit *aqua bryoniae cum loboc. de squil-*
& spiritu salis ammoniaci anisato mista, quae cochlea-
n brevibus intervallis exhibita, experientia Praesidis,
tabile levamen attulit. Admodum quoque proficua
mixtura ex spiritu salis ammon. anisato, essentia cro-
spiritu C.C. succinato & laudano liquido constans, quae
ttatim cum aqua florum raparum dari potest. Si for-
n ab obstructione alvi & flatibus augeretur, adhiberi
ssunt, quae Th. 23. & 24. producentur. *Crocus cum mo-*
o assumtus pro summo habetur remedio in gravissi-
ma

ma dyſpnoea. *Sperma ceti* quoque pro ſingulari ven
tatur remedio, ſed in hoc caſu parum auxilii inde e
pectari poterit. *Muſitanus* in ſumma reſpirandi diffic
tate ſequens commendat remedium pro una doſi.

R. Spiritus ſanguinis humani ſcru p. ß. fulginis pt. V.
eſſentiæ ſuccini caſtorei a. gt. Vj. croci gt. iij. M.

Ex Ephemer. German. Cent. VII. & VIII. p. 410. obſ
vationem D. Vallisnerii de Orthopnoea huc transf
re placet, quam paucis remediis curatam eſſe a
rit, impoſitum nempe eſt capitis comiſſuræ *ce
tum cum cantharidibus & euphorbio*, ex quo ſtatim
melius habuit ægrotus, intus vero datum eſt *mel ſq
litum cum ſaccharo canto violaceo* miſtum, quidni h
quoque tentari poſſent in tympanite, ſi adeo inſig
& ſuffocativa accederet reſpirandi difficultas? Pro
ungenda diaphragmatis regione impendi poſſunt o
lumbricorum, caſtorei & lavendulæ. Licet autem
aliquale feratur levamen, antiſpasmodicis tamen ac
mollitentibus continuo eſt inhærendum, quibus
mnium optime mitigatur, ſi modo mitigationem
mittit, quando autem ab aſcite augetur, parum
xilii ſupereſt.

TH. XXIII.

Alvi obstructio interdum mox in principio ob
vatur, interdum ſucceſſive accedit & quidem quan
que ſatis contumax. Sicuti autem iſta a ſpasmo
fibrarum inteſtinalium extenſione vel conſtricti
dependet, ita nullis purgantibus bene ac tuto tolli
teſt. Iſta vero inteſtinorum conſtrictio a ſuccis au
ris atque acribus probabiliter inducitur, hinc ad
lendam illam alvi obſtructionem adhiberi debent
media, quæ ſuccorum acredinem inbibunt, enerv

e

lulcorant, & fibras nimium tenſas emolliunt atque laxant, primum efficit *magneſia alba*, de qua Th. 13. olixe actum, nec non materia perlata, ſicut magne- bis in die uſurpanda; alterum præſtant, quæ Th. 14. nt commendata, cui intentioni etiam inſervire poſ- nt, quæ pro externo uſu ad emolliendas fibras nimi- n tenſas Th. 16. ſunt enumerata. Ejusmodi emolli- tibus internis ac externis felicius, certius ac tutius llitur alvi obſtructio & cum majori conſtantia iſtius ertas vel lubricitas ſervatur, quam unquam ab o- nibus purgantibus expectari poteſt, quæ potius per- aciorem reddunt alvi obſtructionem.

TH. XXIV.

Flatus interdum, obſtructa alvo, accedunt, qui juxta nnullos ſemper adeſſe & pro cauſa agnoſci debere di- ntur, quod tamen, ſicut ſupra oſtenſum, eſt erroneum. itaque forſan aliquando propter alvi obſtructionem mularentur & moleſtiam crearent, alvi ſolutio omni- eſt præmittenda, poſtea vero temperatiora carmi- tiva ſuperaddi poſſunt v. g. *eſſentia chamomillæ Rom. npoſita cum ſpiritu ſalis ammoniaci aniſato atque ci- to, & eſſentia caſtorei* combinata, quibus eſſentia lau- ni hyſterici quandoque addi poteſt ſed parce. *Liquor um verbaſci* juxta *Burnetum* & *Muſitanum* tanquam nmum ſpecificum, ventoſitates miraculoſe diſcuti- s, laudatur; *Radix verbaſci* ad ſcrup. j. cum decocto licis & ſeminis fœniculi exhibita a Grembſio com- ndatur. His addi poterit *oleum eſſentiale corticum ci-* ex recenti flavedine expreſſum & cum ſaccharo ſub- um, tanquam temperatiſſimum & tutiſſimum car- nativum, & pro vehiculo medicamentorum eliga-

 tur

tur aqua carminativa ex cinamomo, corticibus citr
aniſo cum ſuccis chærefolii Rom. & chamomillæ R
deſtillata. Externe unguenta emollientia & carmi
tiva univerſo abdomini inungi & clyſteres ex deco
florũ verbaſci ac utriusque chamomillæ injici poſſ
Sed carminativis præſertim calidioribus nunquam
ratur tympanites, aſt potius augetur tympaniticus
mor, quia fibras magis extendunt atque ſiccant, u
non eſt mirandum, Timæum a Güldenklée in ſu
grota tympanite laborante nihil efficere potuiſſe,
judicavit, hunc affectum oriri a flatibus in abdom
cavitate concluſis, ac proinde curationem per rep
purgantia & calidiora carminativa inſtituit, prout
ſtat ex hiſtoria, ſeu Caſu XXVI. Libr. III. inſecutus
tius eſt vehemens & copioſiſſimus ſanguinis vomit
ægrota inter frequentiores lipothymias eſt exſtin

TH. XXV.

Dolores tensivi abdominis et lumborum ſæp
pius magnas creant moleſtias, inquietudinẽ, anxie
vigilias, unde tympanitici quandoque de nulla a
magis quam de dictis doloribus conqueruntur, illo
que mitigationem expetunt. Ad illorum itaque
gationem interne conveniunt *pulveres ex diapho*
fixis & aliis antiſpasmodicis Th. 15. lit. *a.* enume
quibus addatur *nitrum depuratum & laudanum h*
cum, ac bis vel ter in die exhibeantur, ſuperbibend
coctum radicis verbasci calide; verſus noctem *de*
rad. ac. flor. verbasci cum debita quantitate *laud*
quidi mixtum bis intra trihorium ad cochl. j. vel i
beatur. Sulphur vitrioli anodynum a nonnullis ta
re laudatum ex obſervatione D. Præſidis parum

vaminis. Externa communiter optimam ad mitigan-
m dolorificam tenſionem ferunt opem, inter quæ
æcipuam laudem merentur unguenta ex axungiis &
eis Th. 16. nominatis conficienda; Balneum, cui in-
ndi poterit oleum olivarum, ut eo melius emolliat
ras rigidas, non autem ſit nimis calidum; Fotus loco
lnei frequenter inſtitutus ex decocto plantarum
nollientium cum lacte facto, cui admiſceatur oleum
rbaſci ac lumbricorum terreſtrium; Emplaſtrum de
nguedinibus, quod per noctem univerſo abdomini &
mbis imponatur, vel etiam pellis canina a pilis libera-
inprægnetur dictis oleis & abdomini ac lumbis cir-
imponatur.

TH. XXVI.

Pervigilivm quandoque valde moleſtum eſt tym-
initicis, illorumque vires multum deſtruit, quoniam
ero illud plerumque a tuſſi aut doloribus tenſivis exci-
tur, ideo ad conciliandum ſomnum proderunt omnia
a remedia, quæ Th. 20. & 25. ſunt commendata, ſubla-
enim cauſa, tollitur effectus. Quod ſi vero ab alia pro-
eniret cauſa, ac præcipue a conjuncta febre, antifebri-
ous verſus noctem admiſceri poſſunt papaveracea, aut
hæc non ſufficerent, blandiora opiata, & quidem in
rma liquida. Extus quoque emulſio quædam hypno-
ca capiti circumligari poterit.

TH. XXVII.

Urinæ deficiens excretio ſæpe ſtatim in
orbi principio obſervatur, licet abdomen nondum
otabiliter extenſum videatur, frequentius vero tunc
emum magis cognoſcitur, quando abdomen magis
iſtenditur. Quando igitur, ſi abdomen aliqualiter tan-

 tum

tum intumescit, urina non redditur in debita quantita ut assumto potui respondeat; lenissima evacuatio praemissa, decoctum parreirae bravae cum sale frax paratum ter aut quater in die calide hauriatur, inter nendo pulverem quendam antispasmodicum, quo medio feliciter provocatam esse urinam, variis vici notavit D. Praeses. Serum etiam lactis caprilli cum t taro solubili tunc temporis utiliter usurpari pote Quodsi autem in progressu morbi, abdomine jam m tum extenso, accedit urinae deficiens excretio, omni maxime prius in usum erunt vocanda intus antisp modica Th. 15. enumerata, extus fibras rigidas em entia Th. 16. producta, postea autem efficaciora di tica cum oleosis mista, ut oleum nucleorum persicor cum tartaro solubili, ac denique tinctura tartari Hel tii, quae inter diuretica primarium meretur locum cum decocto parreirae commode assumitur, & si t ante ingressum balnei capiuntur eo meliorem ac c tiorem edent effectum. Alia etiam diuretica Th enumerata tentari possunt, si forsan a prioribus desi ratus non impetraretur effectus.

TH. XXVIII.

Sicut in aliorum morborum curationibus pruden est medici, ut *temperamentorum* habeat rationem, d quodvis individuum non una eademque gaudet hur rum constitutione seu dispositione, ita quoque in ty panitis cura illud ipsum erit observandum, ne aegr inconvenientibus tractentur medicamentis. Longe ter enim medicandus erit tympaniticus, qui alias cholericus, quam si forsan esset phlegmaticus aut mel cholicus. Sicut enim in priori casu omnia calidiora

ue volatiliora & præſertim ſulphurea medicamenta fallibiliter nocebunt, dum fibrarum extenſionem, iſpaturam atque exſiccationem, anxietates, ſitim ac brem augent, ita modice refrigerantia ac blande aci- antiſpasmodicis miſta vel interpoſita certo prode-nt, quare pro cholericis optime convenient nitroſa, g. pulvis refrigerans Præſidis cum cinnabari nativa, trum depuratum cum lapidibus pretioſis, ſpiritus vi-oli martis, nitri dulcis, ſalis volatilis dulcis, ſerum la-s cum ſucco citri paratum vel cum ſucco acetoſæ mi-m, ſuccus endiviæ & portulacæ &c. quæ omnia ad bi- fervorem & acredinem temperandum ſeligenda ac i modo & ordine uſurpanda, ut neque in exceſſu nec defectu peccetur. Ex his patet, quod pro tempera-ento phlegmatico & melancholico in eligendis medi-mentis haud minor adhibenda ſit prudentia, ut talia nper judicioſe ex tanta medicamentorum farragine cipiantur, quæ iſti quam maxime conveniunt.

TH. XXIX.

Huc etiam referri poteſt dyſcraſia ſcorbutica, quam oque temperamentum ſcorbuticum ſeu diſpoſitio-m humorum ſcorbuticam nominare licebit, & a pri-ibus omnino differt. Quando itaque ſcorbuticus fi-t tympaniticus, ſeu quando tympanite laborans ex s ſignis cognoſceretur, quod eſſet ſcorbuticus, felix ratio vix inſtitui ac peragi poterit, niſi ad ſcorbutum igantur medicamenta. Ex praxi enim conſtat, quod g. febres cum ſcorbuto complicatæ ordinariis antife-libus haud facile ac conſtanter cedant, verum potius belles exiſtant & frequenter majori ſæpe cum mole-a recidivent, ac proinde perfecta illarum curatio per

antifebrilia antiſcorbuticis ſociata inſtitui debeat. Ita hoc ipſu valet in aliis quoque morbis cum ſcorbuto complicatis ac pr inde etiam in tympanite ſcorbuticis accedente. Quando igit contingit, ut ſcorbuticus fiat tympaniticus, bene præmittit magneſia alba cum aqua & ſyrupo fumariæ aut cochleariæ c pienda ; quo facto ſerum lactis caprilli cum ſuccis plantaru antiſcorbuticarum mixtum, addita ſimul tinctura martis ſco butica, per multos dies matutino tempore utiliſſime bibit pulvis autem ex lumbricis terreſtribus, antihectico Pot., cinn bari & arcano duplicato pomeridie ac verſus noctem deglu tur. Poſtea potio diuretica a D. Harris in paralyſi laudata p pinari poterit, primo quidem, quod Autor jubet, quatuor au ris continuis, deinde alternis, & pulvis ante dictus quoti continuetur. His ita ſufficienter peractis, in uſum vocetur E ctuarium antiſcorbuticum h. m. concinnandum:

R. conſervæ fumariæ unc. iij. cochleariæ, flavedinis citri a. ur antihect. Poter. bezoardici martial. vel antimon. diaph. m tial. a. ℥iß. arcan. dupl. ʒj. ſyrupi ſcelotyrb. q. ſ.

M. F. Electuarium, cujus doſis erit quantitas nucis juglan mane & pomeridie, cui ſuperbibatur hauſtus aquæ cujuſc antiſcorbuticæ temperatæ v. g. aqua lactis antiſcorbutica Pha Bat. Pulvis ſimul ex antiſpasmodicis & aliis ſuperius nomin pro circumſtantia rerum ac ſymtomatum conflatus detur ve noctem. Liquores ſalini volatiles cum antiſcorbuticis mixti tari poſſunt, quomodo ferantur, indifferenter enim vix pr nari poterunt, pure autem ſulphurea multo minus dare lice Externa quoque ad ſcorbutum dirigi poſſunt, ut e. g. pro in gendo abdomine eligatur oleum lumbricorum terreſtrium o oleo cochleariæ infuſo atque deſtillato. Fotus inſtituatur decocto ex beccabunga, naſturtio aquatico, ſedo vermicu floribus ſambuci, chamomillæ, malvæ, ſalviæ & baccis juni cum lacte & aqua parando. Noctu abdomini imponatur p canina cum dictis oleis inprægnata. Balnea ex plantis anti butiçis, nervinis ac emollientibus parentur,

TH. XXX.

Diæta tandem laudabilis & in hoc morbo bene conveniens ſtitui ac ſtudioſe obſervari debet, quam nunc ſecundum res ɔnnaturales breviter delineare ſtudebo. *Alimenta* igitur quod tinet, vitentur omnia duriora, ſale condita, fumo exſiccata, au-era, acria, flatulenta, quæ omnia anſam præbent, ſuppeditan-ɔ vitioſos ſuccos, ut ipſum malum cum ſymtomatibus majora piat incrementa; eligantur vero cibi facilis reſolutionis & a eregrina qualitate liberi, unde chylus dulcis, tenuis ac nonni-l gelatinoſus expectari poteſt, hinc præcæteris commendari ɔſſunt gallinæ juniores, caro vitulina, bovina junior, ferina ju-ior, aves, ex piſcibus lucius, ex fructibus poma borſtorffiana, runa damaſcena. Juscula ex decocto avenæ excorticatæ vel ordei excorticati cum paſſulis, item ex brodio vitulino aut gal-naceo, cui incoqui poſſunt folia herbæ mercurialis, aut pro corbuticis naſturtium aquaticum, beccabunga, cochlearia, vel ro cholericis portulaca, acetoſa, endivia, cichorium, quibus et-ım quandoque acetaria ex portulaca & endivia concedi poſ-ınt, vitando piper. Ubi febris lenta vel hectica viget, brodium ochlearum domiportarum, tanquam magis gelatinoſum, ſine romatibus factum erit proficuum, caro etiam auſtrearum cru-arum cum fructu comeditur, quæ gelatinoſum ſuccum præ-et & modice refrigerando calorem p. n. imminuit.

otus ordinarius eſto decoctum radicis verbaſci & ſcorzoneræ um paſſulis, vel decoctum radicis chinæ & ſacſaparillæ cum ɔaſſulis, vel ſerum lactis caprilli ſimplex, aut pro ſcorbuticis cum uccis cochleariæ, baccabungæ ac acetoſæ, vel pro cholericis um ſuccis acetoſæ, citri, cichorii alteratum & magis adpropria-um. Vinum in prandio modice hauriendum, præcipue adſue-is concedi poteſt, videlicet Hungaricum & Alicantinum, niſi cbris illorum uſum reddat ſuſpectum, vel Moſellanum, quod atis eſt temperatum. *Motus & quies* ita ſe habeant, uti decet, ɔene agitur, ſi ægrotus, quantum poſſibile, indies una vel alte-a vice obambulatione corpus movet, ſive hoc fiat in hypocau-ſto, ſive in horto, quando aër ſerenus atque calidus exiſtit, cor-pus tamen ſemper ab externa refrigeratione ſervetur immune.

Equi-

Equitationem a Sydenhamio in phthiſi & hectica laudatam, hic quoque inprimis locum habere, illamque ægrotis ordinandam eſſe, exiſtimat Nenterus, nulla enim, inquit, re tonus viſcerum abdominis certius reſtituitur, quam hoc exercitio ſenſim inſtituto ac diutius continuato, debita tamen quies ſemper interponatur. *Somnus & vigiliæ* ita moderentur, ut neque in exceſſu neque in defectu peccetur. Si forſan nimia ad ſomnum propenſio obſervatur, colloquiis & aliis rebus ægrotus ſuſtentetur. Si vigiliæ moleſtiam creant, & noctes inſomnes exiſtunt, inquirenda eſt cauſa, an a tuſſi, vel doloribus tenſivis vel aliunde proveniant, atque tunc adhibenda ſunt remediæ, quæ dictis cauſis ſatisfacere poſſunt, ſicut hoc Th. 26. eſt indigitatum. *Excreta & Retenta* quod concernit, notum atque in ſuperioribus dictum eſt, alvi obſtructionem & urinæ defectum in hoc morbo debere attendi. Quando igitur alvus debitum non facit officium, ſubveniendum eſt remediis, quæ Th. 13. 14. & 16. ſunt commendata, ſicut hæc Th. 23. propoſui. In urinæ autem defectu adminiſtranda erunt, quæ Th. 27. dixi, iſtius enim fluxus aut liberior excretio omnino ſingulari ſtudio promoveri debet, ita tamen ne imprudenter diuretica adhibeantur, quod jam Th. 17. monitum. *Animi pathemata*, præſertim mæror ac iraſcentia quantum poſſibile, vitentur, mœrore enim ſucci totius corporis ad debitam circulationem magis inepti redduntur & ſtagnando acriores fiunt, iraſcentia, ad quam cholerici maxime procliv ſunt, fibræ magis magisque extenduntur, Excitetur itaque animus ægroti per ſpem reconvaleſcentiæ & alias res jucund ad hilaritatem, nihil autem adverſi, quo ira commoveri que auribus & oculis iſtius proponatur. *Aëris* tandem, quod quidem juxta receptum ordinem omnium primo fieri debuiſſet, mentionem facere volo, ne aliquid neglexiſſe videar. Iſte igitur nunc quidem accipi debet, ſicut ratione tempeſtatis exiſt vel exoritur, interim tamen hoc obſervare licet, ne prodeat ægrotus, ſi aër eſt frigidus aut aliter intemperatus, neque etiam ſe contineat in locis ſubterraneis atque frigidis, ſed ſemper in æquali temperato aëre vivat.

FINIS.